



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Marcvlf Monachi Formvlarvm Libri Dvo

Marculfus <Monachus>

Paris, 1635

XXII. Venditio de seruo aut ancilla.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10644

148 MARCVLF MONACHI
liberam habeas potestatem. Si quis
vero,&c.

XXII. VENDITIO DE SERVO
aut ancilla.

Dominus fratri illi, ille. Constat
me vobis vendidisse, & ita
vendidi, seruum iuris mei, aut ancil-
lam nomine illam, non furem, non
fugitiuum, neque cadiuum, sed
mente & omni corpore sanum. Pro
quo accepi à vobis in pretio, iuxta
quod mihi complacuit auri soli-
dos, probos atque præsentes, nume-
ro tantos, & ipsum seruum vobis
præsentia liter tradidi possidendum.
Ita ut ab hac die habendi, tenendi,
vel quicquid exinde decreueris fa-
ciendi, libero potiaris arbitrio. Si
quis verò, quod futurum esse non
credimus, si ego ipse, aut aliquis de
heredibus meis, seu quælibet per-
sona, contra hanc venditionem ve-

FORMVLARVM LIB. II. 149
nire tentauerit, aut eam infringere
voluerit, inferat tibi cum cogente
fisco auri tantum, vel quantum ser-
uus ipse eo tempore melioratus va-
luerit; & hæc venditio omni tem-
pore firma permaneat, stipulatione
subnixa. Actum illo, sub die illo,
anno illo.

XXIII. CONCABIVM
de villis.

Inter quos charitas inlibata per-
manserit pars parti, beneficia
oportuna præstantur. Quia nihil si-
bi de rebus propriis censet minui,
quod econtra recipit in augmen-
tum. Ideo placuit atque conuenit
inter venerabilem virum illum ex
permisu Apostolici viri illius, & in-
lustrem virum illum, ut locellos ali-
quos inter se cōcambiare deberet,
quod & ita fecerunt. Dedit igitur
ille venerabilis vir lui, locellum

K iij